



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacris bellis gestis sub Clothario secundo Rege. Cap. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

annos xxiii. Chilpericus cum fratribus, filij Clotharij Regis. E quibus Chilpericus Suf-
fisionis sedem regni habuit, Cherebertus Par-
rhisiis, Guntramnus Aurelianis, & Sigebertus
Metis. Quibus regnantibus, ea quæ subse-
quuntur contra infideles gesta sunt bella.

Anno 10. LXVII. ait Sigebertus historicus,
Sigebertus Rex Hunnos, partes Francorum
depopulantes, in Thuringia bello deuincit.

Anno 10. LXXXI. Duces Longobardorum
Gallias ingrediuntur, & vario bellandi gene-
re, nunc Franci, nunc Longobardi, inter se
colliduntur.

Anno 10. LXXXII. Saxones in Italia à Lon-
gobardis recedentes, & terras suas in Ger-
mania positas repetere nitentes, ab exercitu
Sigeberti ad viginti eorum milia cæsis, sero
à bellis destiterunt.

*De sacris bellis gestis sub CLOTHARIO
secundo Rege.*

C A P. V.

Hic Braban-
tus Duce de-
dit Pipinum.

Post Chilpericum, quem Fredegundis
vxor, & Landricus adulterè venatione
redeuntem necari curarunt, quadrimestris
filius successit per annos quadraginta qua-
tuor Clotharius secundus.

Anno 601. Qui cùm & ætatis & regni sui annum age-
ret quartumdecimum, acriter cum Hunnis
pugnatum est in Thuringia.

Anno 630. Memorabile quoque est bellum eius Sa-
xoni-

xonicum. Commisso enim prælio, cùm Dagobertus filius in capite saucius multum vigeretur, ei pater Clotharius Rex auxilio accurrens, imperfecto Berthoaldo Saxonum Duce, victor euasit, omnemque Saxoniam peruagatus, nullum omnino, qui gladij sui mensurā longitudine excederet, viuere permisit. Vtriusque post alios testis est Sigebertus, Bernardi ætate diligens chronographus.

*De sacra militia B. PIPINI primi Ducis
Austrasiae.*

C A P. V I.

REGNANTE Clothario clarere incepit Primus Brabantie Dux Pipinus de Landis. B. Pipinus, quem primum vocant Brabantia Ducem. Quare deinceps, sepositis Gallorum Regibus, de Ducum sacra militia agendum erit.

Pipinus, ait Sigebertus, filius Carolomanii anno 10c. xxv. maior domus Regis Clotharij principabatur. Pipino autem in administratione Reip. S. Arnulphus cooperabatur, filius Arnoldi, filij Amberti, ex Blitilde filia primi Clotharij Regis. Et anno 10c. xxviii. Clotharius Rex filium suum Dagobertum in regnum adscitum, Pipino & Arnulpho committit, Austrasiis præfuturum. Anno quoque 10c. xxxix. Dagobertus Rex Sigebertum filium suum Austrasiis Regem mittit, sub tutela Pipini, & Cuniberti Episcopi.

Sed ad sacra eius bella accedamus. In hi-

A 4 storia